

tamen nec guttam solam invenit: ita sane Apostoli velut fallaces amici, tempore necessitatis defecerunt, ut dixit Ecclesiasticus (Ecl. c. 6): *Est autem amicus mensae, et non permanebit in die necessitatis*. Fallax certe, et minus habens reperta est o Petre promissio illa tua (Luc. 22): *Tecum paratus sum et in carcerem, et in mortem ire; et si omnes scandalizati fuerint in te; ego non scandalizabor*. Mendax etiam, et infirma inventa est o Thoma illa alia tua promissio (Joan. 11): *Eamus et nos, ut moriamur cum eo*. Futilis tandem, et nulla apparet nunc, o Apostoli, similis alia vestra promissio, de qua Matthaeus loquens ait: *Similiter et omnes discipuli dixerunt*. Sed quaeso dicite, quod securus confugere potestis Apostoli, quam ad tissimum Christi asylum? In memoriam revocate verba illa, quae protulit ipse (Jo. 14): *Ego sum via, veritas, et vita*. Si ipse via, sine ipso errabitis prorsus; si *veritas* est, sine ipso in fallaces mendacii manus incidetis; si ipse tandem *vita*, sine illo mortem, quam fatigis, certissime invenietis. O Christi oves errantes, quomodo a pastore vestro receditis? quis vos a rapacissimis tuebatur lupis? O milites passillanimes, sicine terga vertitis inimici, reflecto Duce in campestribus, et inter agmina hostium constituto? O duces exercitus Christiani, quomodo fugitis nemine persequente? invaserunt hostes Regem vestrum, et non fugit, et nemo invasit vos; immo nec invadere poterant, quia prohibiti erant omnipotentia eius, et fugitis omnes? Ipse postulat pro vobis: *Sinite hos abire*, et cum oporteret tunc Christi amore succensus dicere: *sinite hunc abire, et tenete nos*; illo insalutato ab acie recessistis. Ille pro vobis incertans pedem fixit in acie; vos, pro quibus inicit certamen, ingrati, et infirmi fugam arripistis? O Petre in monte Thabor clamis: *Domine hominem est nos hic esse*, et in horum cum periclitatur Christus, terga vertis, et recedis a Deo salutaris tuo? O Apostoli, ubi adest Christus, timetis? *Si Deus pro vobis, quis contra vos?* Revera cum ipse Christus imperio potestatis elevaretis, quam habebat, hostibus praecipisset, *Sinite hos habere*, securi debuerant esse non fore comprehendendos, certique tendi essent abire, unde non deberant fuga sibi consulere, sed omnino persistere in confessione Christi ferventes. Quare praedictis verbis, *Sinite hos abire*, minime data fuit Apostolis a Christo facultas fugiendi; sed prohibita, suo cohibita militibus potestas eos capiendi; quod aperte fugam eorum culpabilem magis reddi, cum aliis trepidandum non erat, trepidaverint.

HOMILIA VII.

De praesentatione Christi Domini ante Annam, et Caipham, ac de iniusta alapa ei impacta, quae multis sacrae Scripturae, et sanctorum Patrum monumentis illustratur, in illa verba: Unus assistens ministrorum dedit alapam Iesu (Joan. 18).

Plerosque video recentiores in eo valde deceptos, quod putaverint responsum Christi, ob quam alapa caesus fuit, ante Annam configisse; cum revera Ioannes non esse indicet, coram Caipha fuisse, cum referat praedictam responsum datam interrogationi Pontificis: Annas vero licet fuerat, non tamen erat pontifex anni illius, sed Caiphas. Nec me latet Iosephum (de bello Iudaico lib. 2) eos appellare solum pontifices, qui pontificatu functi fuerant; licet tunc pontifices non essent, sicut apud nos, qui Episcopatum renuntiat, Episcopi nomen non amittit. D. aulem Ioannes non nominat Annam pontificem, sed sacerum Caiphae, qui illo anno pontifex erat. Neque in contrarium huius quidquam movere debet, quod post narrationem alapae d. Ioannes subiciat; *Et misit eum Annas ligatum ad Caipham pontificem*: tum quia Graeca vox non habet, *misit*, sed miserat: tum quia vulgata editio frequentissime ponti praeteritum pro plusquam perfecto, more Hebraeorum, ut patet (Ruth 1), et (1. Regum 9), et (Matt. 26), et (Marci ultimo); ergo modo in hoc loco posuit praeteritum *misit*, pro plusquam perfecto, miserat, ut recte adnotavit d. Cyrillus, et cardinalis Toletus (super Ioan. cap. adnotat. 17). Sed quare ad Annam ductus fuerit Dominus, d. Chrysostomus (ho. 28) respondet, ut eum ostentarent, et tanquam in triumphum ducerent: Cyrillus (li. 11. c. 37) dicit, id factum, quia Annas erat auctor insidiarum, et pecuniam proflitorum Iudae promiserat. Sed Augustinus (in Ioan. traic. 113. to. 9) ait, credendum esse secundum voluntatem Caiphae id esse factum, vel etiam domos eorum ita fuisse positas, ut non deberent Annas a transmittibus praeteriri: ad Evangelista satis indicat, cur id effectum fuerit, nempe propter generum, qui erat tunc pontifex, ut quodam honore cum afficerent remque gratam illi facerent, victum ad eum perducendo Dominum, quem et ipse, et alii summo prosequerantur odio. Consonant his verba Euthymii (in Ioan. 18) dicentis: *Prag voluptate de hac re gloriantur tanquam de trophaeo constituto; et adduxerunt eum primum ad Annam, ut qui a Caipha eius anni pontifex quae pater honorabatur propter affinitatem; haec ille. Graves quidam doctores moderni referunt, in torrentem Cedron fuisse a militibus praecipitem datam, et hodie vestigia pedum, et fumus, quo alligatus erat, in ponte, unde projectus dicitur, impressa remansisse. Tradunt etiam nonnulli, adduxisse eum ad Annam, et Caipham per portam auream templo proxi-*

mam, quae alias dicitur, *Probatia*, vel ovium porta, per quam paucis ante diebus fuerat ingressus cum tanto triumpho, et honore palmarum, et regia illa acclamatione: *Hosanna, benedictus qui venit in nomine Domini, rex Israel*, quod augere tormenta, ac morerem Domini poterat. Ductus ergo primum fuit Christus Dominus, sed per transitum, ut ait Cyrillus, ad Annam, ad quem, cum Pontifex non esset, nec iudex, non pertinebat auctoritas iuridice interrogandi: et ideo statim ad Caipham ligatum illum misit, qui ut Iesum caperet in sermone, coepit contumeliosis verbis de discipulis, et doctrina eius interrogare, ut praedixerat Sapiens (Sap. 2): *Contumelia, et tormento interrogemus eum*; propterea etiam de illis interrogavit, ut ipsum seditionis suscitandae, et novitatis alicuius molliendae auctorem, ac regnum tyrannice affectentem convincerent, ut adnotant d. Chrysostomus (ho. 82), et Euthymius (sup. Io. 18). Cum autem Evangelistae certa et praefixa illius interrogationis verba non producant, non incongrue arbitrabitur ei dixisse: *Duodecim habes discipulos contra duodecim Patriarchas, et septuaginta duos alios discipulos contra totidem populi seniores, doctrina tua a Moysis disciplina nullum dissidet; de baptismo, et de oleo unguendis nescio quod confingis hucusque inaudita; et cum ex stirpe Levitica non sis, sacerdotis munus tibi usurpas, et occulte doces, et angulos quaeris; Haereticus ergo mihi videris seductor; et novorum dogmatum annunciator. Haec calamitosa Praeceptis obiectio prudentissime respondens Christus Dominus dixit (Joan. 18): *Ego palam locutus sum mundo; quasi diceret, Sapientia foris praedicat, in plateis dat vocem suam, in capite turbarum claruit, in foribus portarum urbis profert verba sua. Itaque Dominus respondit: *Ego palam locutus sum mundo, ego semper docui in Synagoga, et in templo, quo omnes Iudaei conveniunt; et in occulto locutus sum nihil, intellige nihil, quod contrarium sit his, quae in publico, et palam dicebat. Quid me interrogas? interroga eos, qui audierunt; quasi dicat, superfluum est interrogare me, cui non credes, quia mentiri, et seducere me arbitraris; interroga eos qui me audierunt, quibus tu facilis fides adhibes. Haec cum dixisset Christus Dominus, ait Evangelista, *unus assistens ministrorum, cui libera, et indecora eius responsio visa est, dedit alapam Iesu, dicens: Sinite hunc abire, alapis Deus percussit potuit? O angeli, qui haec intuemini, quomodo siletis? quomodo manus continere potestis? quomodo pro Domino vestro non respondistis? An hoc ita fecitis, quod altionis vos tenet tanta insolentia, et tanta mansuetudo, tanta pervertitas, et tanta patientia? Et b. Ephrem (ser. de passione Domini): *Qui de pulvere terrae hominem fincerat per gratiam, a manibus quae ipse formaverat, alapam accepit. Servi quidem omnes cum liberi efficiuntur, accipiunt alapam, ut mortali libertate potiantur; at ipse, o infelix, cum sit omnium liberator, iniuste colaphizatur. Quin putas ita pie mercedem accipere a Caipha? alapam quidem deditis omnium Domino; sed servus servorum factus es in aeternum: et d. Augustinus (in traic. 113) hoc idem*****

dunt; adeo ut non immerito ad iniqui illius ministri execrabilem audaciam, et delatandam, illud Iobianum usurpare liceat: *Tendit adversus Deum manus suam, et contra Omnipotentem roboratus est*. Alapam haec ab infami servo, et in faciem, partem Domini honorabiliorum infliciam, et a prophetis praedictam, et in sacris litteris mirifice adumbratam reperio. Sibylla Erithraea in suis oraculis, et Lactantius (li. 4. c. 18) cecinerunt:

In iniquorum manus infidelium postea veniet;
Dabant et alapis manibus inecis.

Hieremias (c. 3): *Dabit percussenti se maxillam, saturabitur opprobriis*. Isaïas (c. 50): *Corpus meum dedi percussentibus, et genas meas vellentibus*. Iob (c. 16) non tam in persona sua, quam Christi: *Perasserunt maxillam meam, salfati sunt poenis meis*. Michaeas (c. 5): *Percussit maxillam Iudaeis Israel*. Fuit etiam figurata in eodem Michaeas, cuius faciem Sedechias percussit, ut adduxerit regem, dicens (3. Reg. 22): *Mene ergo dimisit spiritus Domini, et locutus est tibi?*

Causam, ob quam impius ille minister alapam Christo Domino iniegerit, non omnes eadem assignant. D. Cyrillus (c. 46. in Ioan.) ait, propterea illam impermissam, ut hoc factu significaret, non fuisse ex numero ministrorum, qui missi a Pontifice ad comprehendendum illum, admirantes redierunt, dicentes, *numquam sic locutus est homo*. Cardinalis Toletus (in Ioan. c. 18) hunc ministrum asserit fuisse ex praecipuis inter eos, qui proximi erant Christo, et adulari volens Pontificem, et ostendere zelum honoris eius praesens, non erubuit tantum scelus patrare. Vel forte illam arbitror fuisse causam, quod minister ille aegre tulit se a legatum fuisse inter eos, qui adstabant, in testem doctrinae Christi, cum ipse dixisset Pontifici, *Eccc hi sciunt, quae dixerim ego*. Ut ostenderet igitur, se illius doctrinae minime velle esse testem, maxillam eius percussit. Ac denique id etiam fecit, ut religio adstantes compesceret, ne quis in favorem eius altestari vellet.

Sed iam audiamus, quid Patres dicant, impudentiam huius percussiois considerantes: Quid hoc impudentius, ait Chrysostomus (ho. 81. ante med. in Ioan. c. 18): *Echorrescat, inquit, caelum, et contremiscat terra, alapis Deus percussit potuit? O angeli, qui haec intuemini, quomodo siletis? quomodo manus continere potestis? quomodo pro Domino vestro non respondistis? An hoc ita fecitis, quod altionis vos tenet tanta insolentia, et tanta mansuetudo, tanta pervertitas, et tanta patientia? Et b. Ephrem (ser. de passione Domini): *Qui de pulvere terrae hominem fincerat per gratiam, a manibus quae ipse formaverat, alapam accepit. Servi quidem omnes cum liberi efficiuntur, accipiunt alapam, ut mortali libertate potiantur; at ipse, o infelix, cum sit omnium liberator, iniuste colaphizatur. Quin putas ita pie mercedem accipere a Caipha? alapam quidem deditis omnium Domino; sed servus servorum factus es in aeternum: et d. Augustinus (in traic. 113) hoc idem**

considerans, ait: *Si cogitemus quis acceperit alapam, nonne vellemus eum qui percussit, aut caelesti igne consumi, aut terra dehiscere sorberi, aut corruptum daemone volutari, aut alia huiusmodi qualitate poenae, vel etiam graviore puniri? Quid enim horum per potentiam inferre non potuisset, per quem factus est mundus, nisi patientiam nos docere voluisset, qua vincitur mundus?* haec d. Augustinus. Quis autem non videat, dignum fuisse impium hunc ministrum, ut creaturae omnes, quasi sui creatoris iniuriam vindicantes, in illum acriter insurgerent? Olim terra Core, Dalan, et Abiron contra Moysen tumultuantes deglutivit; aqua maris Pharaonem absorpsit, et exercitum eius filios Israel persequentes; ignis, et sulphur de coelo cadentes infames Sodomitas consumpsit; quinquaginta etiam milites bis contra Eliam venientes, idem ignis divinitus missus, in cinerem, et favillas commutavit; aer peste infectus septuaginta millia virorum interfecit, propter unicum regis peccatum; angelus Domini omnes Aegyptiorum primogenitos acriter extinxit; et alius in eadem nocte centum octuaginta quinque millia hominum propter unicum blasphemiam interemti; ursi duo pueros quadraginta Eliseum illudentes, et per irrisionem, ascendente calve clamantes, summa feritate dilacerarunt; Ananias, et Sapphira decipere volentes D. Petrum, ab eo subitanea morte muletati sunt. Cum ergo omnis creatura ita parata sit ad ulciscendas sui Creatoris iniurias; qui fieri potest, ut ab hac vindicta tunc se abstinuerit? Novimus enim Ozam, eo quod indebite teligerit arcam, repente interisse; immo, ut habetur (1. Reg. 6), eo quod vidisset Bethsamitae arcam Domini, percussit Dominus de populo quinquaginta viros, et quinquaginta millia plebis: hic autem impius minister mysticam arcam omnes Dei thesauros continentem non modo vidit, et tetigit, sed sacrilego ansu contractavit, et summa iniuria affecti. Si Heliodorum, eo quod templum Dei profanasset, angeli acerrime verberarunt; qui in sacrosanctum Christi templum, in quo habitat omnis plenitudo divinitatis, ita insanivit, ac irriverenter invasit, ut faciem eius dira alapa percuteret, quid quaeso supplicii tamen exeraodum flagitium non mereretur? Si rex Hieroboam, eo quod extendit manum contra quemdam Prophetam, inebens illum comprehendit, continuo manus eius exaruit; quomodo sacrilega illa manus contra Christum Dominum extensa subita ariditate non contabuit? Maxime quod manus illa Hieroboam manus erat regis, haec humilis, et abiectionissimi servi; illa in faciem Prophetae, haec in faciem Domini prophetarum; illa extensa fuit, ut comprehenderet eum, haec autem ut graviter percuteret. Quod si David, cum impium regem Saul in spelunca invenisset, particulam vestimentis eius abscondens, ingens scelus commississe sibi videbatur; et ideo percussit, ait Scriptura, *eorum suam dicens: propitius sit mihi Deus; quale quaeso flagitium existimabimus, Christi Regum regis non modo vestem, sed faciem dira alapa percutere? Ac tandem, si cum Abraham extendit manum, ut Isaac ingulare, angelus Domini, ut in Genesi*

legitur, ex divino praeepto extensam manum compressit; quomodo eam, quae contra divinum praeeptum ad percutiendum omnium creatorem inveterate porrecta fuit, angelus non cohibuit? Plures sane huius facti rationes alii reddant, ego tres praecipuas reperio. Prima sit, quod dicitur olim Deo ad Adamum (Gen. 2): *In quacumque die de ligno scientiae boni, et mali comedisset, mortem incursum, daemone autem sub figura serpentis aiente, nequaquam moriemini*; ipse illi assentiens comedit: qua in re Deus sibi mentium, licet non verbo, opere tamen dixit: quippe credidit magis diabolo asserenti, quod non moreretur, quam Deo praedicenti si comedisset, continuo moriturum. Haec igitur Adami iniuria, quod opere ipso quasi, mentis, in faciem Deo dixerit, alapa compensari, et vindicari debebat. Cum autem puro homini, qualis erat Adam, si alapa impingeretur, Deo Patri ad aequalitatem minime satisfieri posset, Christus Dominus tanquam Adami fideiussor alapam sustinuit, qui cum patris sit Deus, et homo, patienter illam ferens, aequalem ac perfectam, et omnibus numeris absolutam compensationem pro illata iniuria Deo Patri obtulit. D. Cyrillus (lib. 12. in Ioan.) aliam subtilem reddit causam: autumat enim hoc singulari latere sacramentum in alapa Christo inflicta, quod hoc suo decore delere voluerit commune illud dedecus, quod ratione peccati natura humana contraxerat: nam sicut morte sua mortem destruxit, ita decore suo maculam, ac lituram dedecoris nostri penitus abrasit. verba d. Cyrilli sunt: *Dedecorati enim peccato fuimus, quam notam iniustum Christi detersit dedecus: ipse enim peccata nostra tollit, et pro nobis laborat. Nam quemadmodum mors sua mortem nostram destruxit, similiter arbitrator praevocationis nostrae dedecus alapa inflicta deletum fuisse. Ultimam, eamque certissimam huius facti causam existimaverim, quod Christus Dominus eximium suae patientiae specimen, ac excellentissimum tolerantiae exemplum exhibere nobis volens, nullam tanti sceleris vindictam sumpsit. Dixerat David in persona Christi (Psal. 70): *Tanquam prodigium factus sum multis. Alii cum Caietano legunt: Tanquam miraculum factus sum multis: quibus consonat illud Isaiam (c. 20): *Et portatum erit super Aegyptum, et super Aethiopiā. Quomvis autem prodigium fuerit Christus in unione verbi ad humanitatem, in conceptione virtute Spiritus sancti, in matris virginitate illaesa, in eo tandem quod simul viator, et beatus, peregrinus, et comprehensor esset; iuxta expositionem tamen divi Hieronymi, ea propter vocat se prodigium, miraculum, et portentum, quoniam etsi multi illum fugerent, tanquam rem monstruosam, et portentosam, unde et Samaritanum esse, et daemonium habere illi obiectabant; ipse tamen summa patientia, et eximia animi aequalitate haec et alia perferbat. Concinat hinc interpretatio, quod in Psalmo 70. Incoeguitus adnotavit: nam prodigium dicitur, quasi procul a digito, ut quando quis derisorie aliis monstratur; et in eodem Psalmo confinio subditur: *Sed tu adiutor fortis*; hoc est, inter tot opprobria, et tormenta, eris mihi au-***

xiliator, ut patienter omnia feram: quae ille quidem tanta humilitate sustinuit, ut qui natura primus erat inter omnes, omnium novissimus factus fuerit. Unde ubi nostra vulgata legit apud Isaiam (c. 33): *Vidimus eum despectum, et novissimum virorum*. Originale Hebraicum habet, *Et cessavit a viris*. Quorum verborum sensus est, Christum Dominum adeo se humiliasse, utque adversa pertulisse, ut fere capacitatem hominis per humilitatem exhaureret, ita ut cum maiori humilitate, et natura stare non posset, sed omnino desinere, et cessare deberet. Voluit ergo Dominus in hac suae impactae alapae tolerantia relinquere exemplum, ut in sufferendis iniuriis sequamur vestigia eius: nemo enim Christo nobilior, nemo mortalium illustrior, nemo ditior, nemo sapientior, nemo prudentior, sanctior, ac potentior excogitari, immo nec fingi potest. Cum ergo ipse adeo gloriosus patienter iniuriam sibi illatam sustinuerit, nec eam ulla ratione ulcisci tentaverit; qua fronte abiectionissimus venimus, miserimus, inquam, peccator, dignus aliquo in inferni barathrum detrudi, et aeternis supplicii deputari, minimam etiam iniuriam susinere nullo, ardentique iracundiae calore fervens in vindictam prosilit, ultionem eius minime expectans, qui dixit (Rom. 12): *Mihi vindictam, et ego retribuam*? Considerans haec divinus Cyrillus (lib. 12. in Ioan.) praecclare dixit: *Si quis de proximis lapsus linguae minimum quidquam contra nos dixerit, more draconum in eum insurgimus, et mille verbis pro uno vituperantes, satiarum non possumus, non quia ut homo lapsus est, nec propter communem infirmitatem hominum iram deprimumus, sed ultionem irruentes, Principem, et consummatorem fidei nostrae Iesum non respicimus, nec recordamur scriptum esse: *Eorum vitae ad mortem, qui memores iniuriae sunt.**

Sed iam mitissima verba, quae Dominus percutienti respondit, audiamus: *Si male, inquit, locutus sum, testimonium perhibe de malo. Quid haec responsio, ait divus Augustinus (tract. 113. in Ioan. post medium ton. 9), tertius, mansuetum, iustus? Divus Cyrillus verba illa, Testimonium perhibe de malo, interpretatur sic: *Ostende in quo erravi. Illud autem: Quid me caedis? sic exponit: Quasi percussorem reprehendat, qui ex illis erat, qui prius laudaverant Christum dicens, Nunquam sic locutus est homo. Cardinalis Toletus (sup. c. 8. Ioan.) concludit Christum Dominum per illa verba mansuete percussorem iniuriae sibi illatae increpasse, et seque vera, et recta locutum esse ostendisse, et pontificis iniquam dissimulationem insinuassee, qui alioquin, si proprium canem percuti vidisset, non dissimulasset. Divus Augustinus (tract. 113. in Ioan.) interrogat: *Cur Christus Dominus non fecit, quod praecipit: Si quis te percusserit in una maxilla, praebere et alteram?* Respondet: *Illud praeeptum non esse ad litteram intelligendum, ut praebemus alteram maxillam, sed ut animo tranquillo iniurias perferamus, parati potius alteram praebere maxillam, quam iram concipere, aut vindictam desiderare.* Respondendo ergo magis ostendit mansuetudinem suam, quam si tacuisset: potuisset**

enim cogitari, illum aegre tulisse iniuriam, non autem respondisse modo Pontifici; at dum mausuele respondet, tranquillum animum, et compositum aperit, et ostendit. Nec minus paratum se exhibuit ad maiora perferenda, quod experientia docuit; maxime quod tunc, ligatus cum esset, non solum maxillam, sed et totum corpus percutiendum offerebat: unde non dixit: *Quid me caedisti, sed quid me caedis?* quia videbat paratum cadere iterum: nec dixit: *Ne me amplius caedas*, qui pro nobis crucifigi desiderabat. Duo tamen in alapae huius Christo Domino inflictae tractatione silentio praeterire non licet. Unum est, quod cum veneranda Christi facies pulchritudine, splendore, et modesta conspicua adeo esset, ut divus Hieronymus (com. 5) dixerit: *Certe fulgor ipse, et maiestas divinitatis occultae, quae etiam in humana facie refulcet, ac primo ad se videntes trahere poterat aspectu: et d. Bernardus (serm. 1. in festo omnium Sanct.); Pradicantem, ait, Dominum de civitatibus, et castellis populi sequebantur, quorum solcabat animas, sanabat corpora, adhaerebant ei afflatu pariter, et eius aspectu delectati, cuius nimirum vox suavis, et facies decora, sicut scriptum est: *Speciosus forma prae filiis hominum. Talis est, quem nos sequimur, cui adhaeremus: totus desiderabitis, in quem non solum populi, sed et ipsi angeli sancti desiderant prospicere.* Nihilominus tamen, quamvis tanta pulchritudine, tanquam fulgore sacer ille vultu polleret, ut nihil Moyses, et Sponsa enixius deprecarentur, quam illum intueri: Ostende mihi faciem tuam clamantes; impium tamen ministrum nec pulchritudine cohibuit, nec modestia compressuit, nec fulgor deterruit, quo minus faciem illam cunctis genibus desiderabiliter acriter caederet. Secundum etiam animadversione dignum arbitror, quod Christus Dominus variis modis illusus tacet, flagellatus silet, spinis coronatus non conqueritur, quinimo crucifixus pro crucifixoribus Patrem orat; unica tamen alapa caesus conquestus est, dicens: *Cur me caedis?* Huius rei causam arbitror fuisse, quod Christus Dominus non seipsum defendere satagebat, sed doctrinam, quam a Patre acceperat, ipso dicente (Ioan. 7): *Doctrina mea non est mea, sed eius qui misit me.* Quia ergo nunc agitur de labefactanda hac sua, et Patris doctrina, ideo nunc non silet, sed modestie, et nervos eam defendit, quia huius defensionis munus a Patre commissum sibi conveniebat.*

Hucusque gravem Christo Domino irrogatam alapae iniuriam, et sacrae illius maxillae non modicum dolorem illatum pervidimus. Si tamen haec cum illis, quae sancti Patres, et gravissimi Doctores illa nocte perulisse tradunt, conferantur, levius admodum videbuntur. Nam in primis, licet verus censeam cum divo Augustino (de censens. Evangel. cap. 9. ton. 4), Christum Dominum semel tantum ex sententia Pilati fuisse verberatum; tradunt tamen divus Bernardus (1. de convivio Crucifixa), beatus Laurentius Iustinianus (lib. de triumphali agone cap. 10), et divus Anselmus (tract. de pass. Domini), quibus consentiunt alii multi, prius flagellatum fuisse, non ex sententia iudicis, sed ex

rabe eorum, qui comprehenderant illam: node Mallonius praecitato loco ait: Postquam Caiphas in cathedra pestilentiae sedens, cum consilio malignantium impiam illam in Christi caput sententiam protulisset, dicens: Reus est mortis: Christum impis ministris tradidit caute, usque dum illucesceret custodiendum, gravissimisque ignominis afficiendum, praecipiens eis, ut illum tuto custodirent. Protinus turba satellitum Christum in terribissimum carcerem in eiusdem Caiphae palatio existentem, cuius adhuc dicuntur extare vestigia, coniciunt: ibi ad lapideam columnam vinculis post terga manibus ligant, pugnis, calcibus, colaphis, olapis, loris, flagellis contundunt, lacerant, suamque in eum rabiem effundunt, adeoque crudeliter tractant, ut prope enim docuerunt, Petrum Christum negantem amississe fidem; nitunturque testimonio divi Ambrosii (ser. 48. de fide Petri in initio to. 3. prope finem), dicens: Fictior factus est Petrus, postquam fidem se perdidisse descevit, atque ideo maiorem gratiam reperit, quam amisit; potestque haec sententia ex verbis divi Marci stabiliri, dum ait, Christum Dominum exprobrasse incredulitatem Apostolorum, et duritiam cordis eorum; inter Apostolos vero certum est, adfuisse tunc Petrum: ergo incredulitatis labe non caruit. Verum haec opinio pugnat cum verbis Christi Domini, dicens (Luc. 22): Ergo rogati pro te Petre, ut non deficiat fides tua. Unde cum divus Ambrosius ait, Petrum fidem perdidisse, accipit fidem pro fidelitate, quam certe Christo amico non servavit; vel pro fidei confessione, ad quam eo tempore faciendam divino praecepto tenebatur (Rom. 10): Quia corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Marci autem locum productus nihil obest: nec enim tangit beatum Petrum, quia de eo refertur apud Lucam, quod cum mulieres ea, quae a Domino audierant, Apostolis nunciansset, ipsique ea non credidissent, sed visa potius fuissent deliramenta, protinus subiunxit Evangelista: Petrus autem surgens, ecurrit ad momentum; non vero eucurrisset, nisi credidisset. Confuctio etiam adversativa, autem, ostendit aperte, verba mulierum non visa fuisse sibi deliramenta. Alii gravissimos Doctores in extremam alteram sententiam declinant, assurant Petrum non negasse, quod novisset Christum esse Deum, sed cum nosse, non esse tantummodo hominem: ita enim loquitur divus Ambrosius (in Lucam): Bene negavit hominem, quem seibat Deum: et divus Hilarius explicans verba illa, Non novi hominem, diligenter inquit: Contundendum est, quia conditio Petrus negaverit. Quoniam de hoc superius tractatum est: Nam primo ait, non se intelligere, quid diceret; secundo, non se adhaesisse; tertio vero se hominem non nosse. Et vere prope iam sine piaculo hominem negabat, quem Dei Filium prius agnoverat; tamen quia ex infirmitate carnis vel ambiguis extitisset, amarissime flevit, recolens trepidationis istius culpam se nec admonitum potuisse vitare; haec ille. Verum divus Hieronymus, et divus Augustinus tam nervose, quam eleganter hanc sententiam labefactant: nam ille (super eundem locum Matthaei) ait: Scio quosdam pie affectos

HOMILIA XIII.

erga Apostolum Petrum, locum hunc ita interpretatos, ut dicerent: Petrum non Deum negasse, sed hominem, et esse sensum: Nescio hominem, quia scio Deum. Hoc quam frivolum sit, prudens lector intelligit, si defendunt Apostolum, ut Deum mendaciter reum faciant. Si enim iste non negavit, ergo mentibus Dominus, qui dixerat: Amen dico tibi, quia haec nocte, antequam gallus cantet, ter me negabis. Certe quid dicat, me negabis, non hominem; haec divus Hieronymus. Audiamus Augustinum idem dogma alia ratione refellentem: An Apostolus, inquit, Petrus, sicut cum quidam favore perverso excusare nituntur, Christum non negavit, quia interrogatus ab ancilla, hominem se nescire respondit, sicut alii Evangelistae contestantur expressius? Quasi vero, qui hominem Christum negat, non Christum negat, et hoc in eo negat, quod factus est propter nos, ne periret. quod fecerat nos. Ergo qui ita confitetur Christum Deum, ut hominem negat, non pro illo mortuus est Christus, quia secundum hominem mortuus est Christus. Qui negat hominem esse Christum, non reconciliabitur per mediatorem Deo: unus enim Deus, et unus mediator Dei, et hominum, homo Christus Iesus: et infra: Non accusemus Christum, cum defendimus Petrum: peccatum agnoscat infirmitas: nam mendacium non habet certas. Agnovit plane peccatum suum infirmitas Petri; proterus agnovit, et quantum malum Christum negando commiserit, plorando monstravit: ipse suos redarguit defensores, et unde eos convenit, producit lacrymas testes; haec fulgentissimum Ecclesiae lumen d. Augustinus, a cuius sententia nentiquam discedunt d. Hilarius, et d. Ambrosius; quin potius eam adstruit, ille in Psalmum quinquagesimum secundum, hic in Lucam.

Supposito igitur toties Petrum peccasse, quod Christus abnegavit, observare oportet, abiciendam omnino esse sententiam cardinalis Caietani, asserentis Petrum septies, aut ad minus quinquies negasse Christum, ter ad vocem ancillarum, et bis ad vocem virorum, Patres enim unanimi consensu ei refragantur: nam Augustinus (tra. 121. in Ioan. circa medium to. 9): Redditur, inquit, negationi trinae trina confessio, ne minus amori lingua serviat, quam timori; et plus vocis elucisus videatur mors imminens, quam vita praesens. Sit amoris officium pascere. Dominicum pregem, si fuit timoris indicium, negare postquam. Ambrosius autem eum tractatus Petri negationes, (lib. 10. in Luc. c. 13) ait: Imitare Petrum, dicentem alibi tertio: Domine tu esis, quia attigo te. Etenim quia tertio negaverat, tertio confitetur; sed negavit in nocte, confitetur in die: et d. Cyrillus (in Ioan. lib. 12. ca. 54. circa medium to. 2) ait: Quoniam cum aliis Apostolatus nomine Petrus ab ipso Christo deoratur, ter in tempore passionis negatio aequali confessionis numero compensatur. Ita quod verbis commissum fuit, verbis curatur. Idem docet d. Bernardus, et alii plerique Patres, verbes Christi Domini innixi, quibus praedixit Petro, ter illum fore abnegaturum. Nec quidquam refert Caietani responso, quod qui septies, aut quinquies negat, ter negat, quia Dominus spiritu propheticò dixit,

ter fore Petrum illum negaturum; numerus autem propheticè dicti illa est intelligendus, nec illi aliquid sit addendum, nec detrahendum. Deinde quia iuxta praedictam Danielis hebdomadibus addere alia mille, ac dicere, quod in illis continetur septuaginta, immo et Christo dicente (Mar. 8), Post tres dies resurgam, posset dici resurrexisse quinto, vel octavo die post mortem, quia omnia ista dies sunt post tertiam diem, quae omnia manifestam praeserunt absurditatem.

Sed iam propius accedamus ad negationem ipsam, quam praefiguralam invento, tam in Cain negante se scire fratrem suum Abel, et in Chusai amico David, qui Davidem negavit coram Absalono; prophetatam etiam per Psalmistam (Ps. 141): Considerabim ad decetam, et videbam, et non erat, qui cognosceret me: et per Hieremiam dicentem (c. 5): Negaverunt Dominum, et dixerunt, non est ipse. Hanc negationem his verbis semel protulit Petrus; interrogatus enim: Tu ex discipulis eius es? respondit, Non novi hominem. Hanc Petrus iugiter ac delectabilis est homo iste, ut dedigneris illum agnovisse, et cum eo conversatum fuisse? quomodo ais: Non novi hominem? immo agnovisti, quem Filium Dei antea confessus fuisti, dicens (Matth. 4): Tu es Filius Dei. Nonne novi hominem vocalem le, et fratrem tuum ad mare Galilaeae, cum dixit (Matth. 17): Venite post me, faciam vos pisces hominum? Itaque oblitus es hominem, quem vidisti in monte Thabor gloriosis dotibus adeo fulgentem, ut fieret facies eius splendida, ut sol, et vestimenta eius sicut nix, et tu ipse tanta pulchritudinis aspectu capis dixeris (Mar. 6): Bonum est nos hic esse? Memento Petre hunc hominem esse, qui te super aquas ambulare fecit, et qui ne submergereris, manum tibi porrexit: Haec adeo recens facta sunt, ut oblivioni nulla ratione tradita esse possint. Unde dicens: Non novi hominem, recte mentitus es in caput tuum. Sane Petre crudeliorem alius inimicis, in Christum videris mihi te exhibuisse: alii enim malibus faciem, alii caput percurserunt, alii manibus ligarunt, alii venerandae barbae capillos extraxerunt; et tu cor Domini tenerrimum acuto, ac penetranti sacrilegae negationis telo transfixisti. Inter tormenta, quae gravissimum patientissimi Iobi animum exercebant, illud commemorat: Non est auxilium mihi in me, et necessarii quoque mei recesserunt a me. David etiam (Psal. 54) nihil agerunt tui, quam dilecti filii Absalonis adversum se persecutionem; unde profusus lacrymis dicebat (Psal. 54): Quoniam si inimicus meus malevolens mihi, sustinuissem atque; tu vero homo unanimes, dux meus, et notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos etc. Narrat Simeonis Tranquilus, quod cum inimici adversus Iulium Caesarem conitanti in Senatum convenissent, ut illum interficerent, quidam eorum nomine Casca, simulate pugione illum percussit; quia tamen hic manifestus inimicus erat, proditorem non est admiratus Caesari; continuo autem irruens in eum Marcus Brutus, qui a Caesare nullis beneficiis cumu-

latus fuerat, evaginato gladio graviter Caesarem vulneravit, ob quod ipse valde obstupescens, obiecit ei: *Et tu quoque Marce filii? graviter certe ferens ab eo, quem filii loco habebat, quam ab agnito hostile vulnerari.* Ita sane, cum acerim hostes Christi, vitae eius insidiantes, in unum convenissent, accidit, ut perfidus hostis Iudas osculi diabolica simulatione Christum traderet, discipuli aufugerent, inverecundi ministri in eum irraerent; nihil tamen molestius, quam Petri sacrilegam negationem sustinuit, ut non immerito velut aller Caesar suo Marco Bruto obicere potuisset, et tu quoque Petre fili, quem Principem Ecclesiae constituit, ita acriter in me insurgis? cui tamen non minor promisi, quam Ios-phi olim pollicitus fuerat Pharao, dicens (*Gen. 41*): *Tu eris super domum meam, et ad tui oris imperium cunctus populus obediet: uno tantum regni solio te praecedam.* Narrant alii etiam verbis Evangelistae, iterum Petrum Christum abnegasse: nam quae sitis an ex Christi discipulis esset, incunctanter respondit: *Non sum. Ecce,* inquit d. Augustinus (*tract. 113*), *columna firmissima ad unius auras impulsam tota contremuit: ubi est illa promittentis audacia, et de se plurimum praesumentis? ubi sunt verba illa: Quare non possum te modo sequi? animam meam pro te ponam. Hincine est sequi Magistrum, se negare discipulum? haec ille. Quibus nos addemus, recte Petrum connumerari posse inter filios Ephraim, de quibus Psalmista (*Psal. 77*): *Filii Ephraim intendentes, et mittentes arcum, conversi sunt in die belli.* Quasi arcum videbatur intendere Petrus, cum dicebat: *Et si oportuerit me morti tecum, non te negabo.* Sed appropinquante die belli, non tam cum fortiori hoste, quam cum imbecilli ancilla congressione, ab ea victus Christum abnegavit. Sed idcirco praedicta verba adnoto, quod dum volens Petrus Christi discipulum se negat, nolens ad nihilum se redactum fatetur; *Non sum dicens:* quia vere, qui a charitate excidit, nihil est, iuxta Pauli sententiam, dicens (*1. Cor. 13*): *Si charitatem non habeam, nihil sum.* Unde mendacem simul, et veracem ad diversa rotulam assertionem protulit.*

Causas tamen huius negationis, quod praecipuum est praesentis sermonis argumentum, longa oratione prosecutus, ut perspicuitati consulam, primo loco eas discutiam, quae sunt ex parte Petri peccantis. Secundo vero, quae ex parte Dei permittentis prudenter scitis iuxta Patrum doctrinam scrutari possumus, in medium proferam. Primam ex parte Petri arbitror fuisse nimiam, ac praesumptione plenam de seipso fiduciam, quam haud obscure indicavit, cum dixit: *Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego non scandalizabor.* Et Christo illi praedicante: *Non cantabit gallus, donec ter praedicationem nosse me, ipse subinxiit: Et si oportuerit me morti tecum, non te negabo.* Similia verba protulit Elhai Cethaeus, ad Davidem dicens: *Vivit dominus meus Rex, quia in quocumque loco fuerit, sive in vita, sive in morte, et ibi erit servus tuus.* Sed exitus rei huic per omnia dissimilis, et impar fuit: nam iste a Davide non aufergit; Petrus vero a Christo recessit. Huius negationis causam ita tradidit Am-

brosius: *Mutatus est, quia dixit se animam posse ponere, quod non est humanae infirmitatis, sed divinae potestatis: et d. Leo Papa (in serm. de pass.) inquit: Ob hoc autem, sicut apparet, haerere permittus est, ut in Ecclesiae principe remedium poenitentiae conderetur, et nemo aunderet de sua virtute confidere, quando mutabilitatis periculum: nec beatus Petrus potuisset evadere; haec ille. Quod si angelus de coelo cecidit, et Adam de Paradiso, et Petrus Ecclesiae columna in Apostolico throno existens Christum abnegavit; quid nobis cogitandum est, nisi quod oportune Apostolus suadet (*Ro. 11*): *In fide stas, noli altum sapere, sed time.* Olim Pharao suae potentiae immitens, confidenter admodum elamabat (*Exod. 15*): *Persequar, et comprehendam, dividam spolia, implebitur anima mea, evaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea.* Sed continuo huius confidentiae vanitatem contrarius eventus probavit: nam statim addit sacer textus: *Flavit spiritus tuus, et operuit eos mare, submersi sunt quasi plumbum, in aquis evehementibus.* Quibus verbis observare oportet opponi illa alia eiusdem capituli, dum ait: *Misisti iram tuam, quae devoravit eos, sicut stipulam: utrumque enim verissimum est, et quod submersi fuerint, sicut plumbum, et sicut palea: id enim omnibus, et singulis submersis commune est, qui quavis a principio in profundum, sicut plumbum, demergantur, aqua tamen postea illos infans sursum illos mittit, et velut levis stipula, aut palea, super aquam vehuntur.* Ita sane contigit Egyptiis, qui postquam in profundum maris vivi demersi sunt, postea mortui super aquam, velut stipula, natantes, omnium oculis apparuerunt: immo, ut quidam aiunt, in ripam maris pervenerunt, ut ab Israelitis facile spoliari possent, quia dixerat Pharao, *dividam spolia.* Primo etiam Regum decimo septimo, cum Philistaeus ille Goliath ad locum certaminis contra Davidem praeluctus incederet, in fortitudine brachii sui confusus aiebat: *Nam quid ego canis sum, quod tu venis ad me cum baculo, veni ad me, et dabo carnes tuas rotulis coeli, et bestias terrae.* In supplicium tamen huius elatae, ac superbae confidentiae, quid ei acciderit, sacer textus subiunxit, dicens: *Festinauit David, et occurrit ad pugnam ex adverso Philistaei, et misit manum suam in peram, tulitque unum lapidem, et funda iecit, et circumducens percussit Philistaeum, et infusus est lapis in fronte eius, et cecidit in faciem suam super terram, percussitque Philistaeum interfecit.* Ipse etiam David postea laentibus annis, et secundis, ac felicibus eventibus fruens, ac divinis favoribus affluens, ita intumescere coepit, ut diceret: *Non movebor in aeternum, vel ut Chaldaica Paraphrasis vertit: Ego dixi cum sederem in fiducia.* At continuo subiunxit: *Acertisti faciem tuam a me, et factus sum conturbatus.* Quid plura? Scribis, et Pharisaeis arroganter dicentibus: *Si fuissetis in diebus Patrum nostrorum, non essent socii eorum in sanguine prophetarum, Dominus respondit: Ideo ecce ego mitto ad vos prophetas, et sapientes, et scribas, et ex illis occidetis, crucifigetes, etc. Ubi ponderatione**

digna est causalis illa, ideo, quae aperte indicat, propter nimiam eorum confidentiam in semetipsis, in gravissima homicidia prolabi permisso. Sacra narrat historia (*3. Reg.*), quod regi Syriae, nomine Benadad, multa de se iactanti, et pollicenti rex Israel dixit: *Non gloriatur accinctus aequo, ut discinctus: quasi diceret: donec ultima manus imposita fuerit praelio, nemo certam victoriam sibi polliceri potest, quia varius est belli eventus.* Sane dum in hoc infirmo, ac mortali corporis nostri ergastulo anima commoratur, semper perseverat bellum, quia ut inquit Apostolus (*Gal. 5*): *Caro concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem: unde minime de sua iustitia, et sanctitate gloriari debet, sed solum Deo fidere, et eius favori, et auxilio inter spem, et timorem inniti.* Atque hinc ansam sumere placet, ad interpretationem illius difficilis loci Geneseos, ubi Iacob cum socero suo Laban agens, haec verba protulit (*Gen. 31*): *Nisi Deus patris mei Abraham, et timor Isaac affuisset mihi, etc. Quare non dixit, Deus patris mei Abraham, et Dens Isaac, vel timor Abraham, et timor Isaac, sed Deus Abraham, et timor Isaac? Non enim credendum est caruisse mysterio, quod tam paucis verbis stylum mutaverit. Respondet idem Burgensis ex opinione Hebraeorum, quod Deus non nominatur Deus alicuius singularis personae, nisi postquam est extra fluxibilitatem huius vitae, eo quod homo dum est in hac vita, potest mutari de statu gratiae ad statum peccati.* Et quia, quando haec verba dixit Iacob, Abraham iam e vita discesserat, sed Isaac vivebat adhuc; idcirco de Abraham, qui erat in securo, dixit, Deus Abraham, sed de Isaac, qui adhuc erat in vita, dixit, timor Isaac, id est, quoniam Isaac timet: iustus enim debet esse timoratus, et nunquam de sua salute securus, memor eius, quod Ecclesiasticus hortatur (*Eccles. 6*): *Ne erigaris in cogitatione animae tuae, velut taurus, ne forte elidatur virtus tua per stultitiam, et folia tua comedat, et fructus perdat, et relinquantur velut lignum aridum in eremo.* Propter nimiam ergo confidentiam, quam petulant in se ipso habuit Petrus, permittus est ignominiose adeo vinci, ut qui ianitor coeli futurus, et cui tradendae erant claves regni caelorum, a ianitrice Caephae clavigera vinceretur.

Secunda causa lapsus Petri fuit ingressus in palatium, quod haud obscure praesignasse videtur Iob, cum dixit (*e. 8*): *Si absorberit eum de loco suo, negabit eum, et dicit, non novi te.* Solet palatium a Latinis basilica appellari, ut tradit Ambrosius, et non immerito: quia omnis aliorum interpretationibus, nulli asserunt, tametsi multi non consentiant, derivari a basilisco, quia quemadmodum iste visu suo interficit, ita in Principum aulis venelicus oculus invidus semper viget. Quod si Aeliano (*de varia historia*) credimus, basiliscus in petram virus evomens, illam scindit; non incongrue dicemus id Petro accidisse: nam daemon, quem basiliscum compellat David, dicens (*Psal. 90*): *Super aspitem, et basiliscum ambulabis, vene-*

num trepidationis in Petrum spuens, firmissimum hanc petram divisit a Deo, Christi negationem ei suadens. Et quemadmodum teste eodem auctore ad fugandum basiliscum galli canus praestantissimum est remedium; ita Petrus, gallo cantante, ad se reversus est, et mortiferum, quod eberbat, negationis venenum evomuit. Illud tamen singulare, et praeter palatii consuetudinem contigit tunc, ut gallus severus peccati increpator addeset. In huiusmodi enim Principum aedibus frequentius cohabitant garruli psittaci, canes mordaces, leones crudeles, simiae adularices, similiaque execranda animalia, ex quorum familiari consortio, non nisi huiusmodi detestanda vitia comparari possunt. Unde egregiam illam excusationem palatii definitionem, quae mordaci linguae diversus Iacob assignavit (*Jacob. 3*): *Iniquitatis universitatem aulam vocans.* Nam quemadmodum in Universitate, aut publica litterarum academia diversarum scientiarum diversae cathedrae, ac lectiones esse cernimus, tam matutinum, quam vespertinum tempore; ita sane in quibusdam Principum aulis pigritia, et somnolentia matutinum tempus primarium cathedrae sibi usurpat, tempore vero praevidi in temerantia documenta leguntur, universique cibi mordaci detractionis sale conduntur. Post praevidium alacritatis, stultitiorum, aut similiarum ludorum vespertinae lectiones incipiunt, quibus obiter, et quasi per transiendum multa ab aliis materiis mutata, ut odia, quae perituro, frateri, et similibus admiscetur: nocturno tandem tempore praeter communem omnium Academicarum consuetudinem, quando lectiones cessare consueverunt, tunc in Principum aulis libidinis, et veneris doctrinae studiosius insistitur. Ingressus est Petrus haec palatii academiam, et in primis scit olim Magis Herodianam aulam ingressus, stella, quae in Hierosolymam eorum dux erat, disparuit; ita Petro Caephae aulae ingredienti divini luminis radius, qui mentem eius irradiare solebat, coepit obtenebrescere. Post haec pariter cum Caephae ministris camino appropians coepit ad ignem se calefacere: at quia ut Spiritus sanctus testatur (*3. Reg. 19*): *Non in igne Dominus, non solum ibi Christum non invenit, sed inventum perdidit, et interno diviti amoris igne deficiente, externum ignem quaeritabat.* In haec tandem iniquitatis universitate brevi tempore Petrus tantopere profecit, vel potius defecit, ut in mendacium peritum, ac horrendum negationis peccatum misere prolaberetur. Haec palatii incommoda perpendens d. Bernardus, scribens ad Eugenium, prudenter scitis dixit: *Clastrum quosdam malos recepit, quos ut plurimum bonos effecit; Curia vero e contrario plures bonos recepit, quos non perfecit, sed infecit: et (eodem libro) alia huic argumento non parum consentanea scribit: Quae infideliter, ait, intravit, et non per Christum, quid mirum si infideliter agit, et contra Christum? via enim bene, et fideliter aguntur, quae mala sunt inchoata principio; haec dicit Bernardus: quae propterea dixit, quia Petrus aulam non intravit per ostium, quod est Christus, ipso dicente: Ego sum ostium, si quis per me introire-*

rit, saltabitur; sed per ostium humani favoris, per Ioannis scilicet intercessionem, qui, ut sacer ait Evangelista, notus erat Pontifici. Verum ut paucis comprehendam, quae proluxa oratione hic dici possent, illud unum observatione dignum arbitror, nullibi cum Christo Domino contumeliosius actum fuisse, quam in principum aulis. In domo enim Annae accusatus, in domo Caiphæ alapa percussus, in domo Pilati flagellatus, in domo Herodis velut amens delusus, ac ab eisdem pene infiniti opprobriis, ac tormentis usque ad crucis mortem damnatus; cum tamen in abiectionum hominum aedibus nullis obsequiis et honoribus fuerit honestatus, a Pharisæo invitatus, a Zachæo in domum honorifice receptus, ab Archirielino ad nuptias vocatus, et a plerisque aliis in summo honore habitus. Iure ergo optime ad nos clamans hortatur Hieremias: *Fugite de medio Babylonis, et salvet unusquisque animam suam de medio*, inquit notanter: *Babylonis*, ut indicaret, se per medium Babylonis regiam aulam intelligere, quia in urbis medio conservantur tunc Principum palatia constructa. Ude cum ex una parte Babylon fletio-nem, et confusionem significet, et infernum adumbret, ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat, et ex alia palatium, tanquam cor et centrum, in medio Babylonis sedem teneat: quidni palatium dicamus esse confusionis centrum, et fictionis atque mendacii officinam?

Tertiam causam negationis Petri assignare possumus, cum ancilla ostiaria minime necessariam confabulationem: unde egregie Maximus Turinensis dixit, similes valde inter se esse lapsus Adæ, et Petri: nam utrobique diabolus, homo, et mulier intervenierunt. Ille enim certissime praeliorum illud perambulabat, circumiens si quem ex paucis, qui Christo adhaerebant, devorare posset: Adæ, et Petrus uterque proceptum a Domino acceperunt, ille non comedendi pomum, hic non negandi Christum; sed spreto procepto ille comedit, hic negavit: ille vitium fructum degustavit, iste prohibuit negationis verbum prolulit: Adamum Eva ad imperperantiam invilavit, Petrum ad negationem ancilla ostiaria induxit: illa e paradiso primum parentem, hæc primum Apostolum a Christo separavit: illa iniqua petitione Adamum infecit, hæc sacrilega interrogatione labendi occasionem Petro subministravit: et utraque sane sanctorum munus usurparunt, illa Adamum, hæc Petrum in mortem introducens, et a vita excludens. Instrumentum sane diaboli utraque effecta, per quod fortissimas hæc columnas solo æquavit. Sed lapsus Petri turpior et ignominiosior quam Adami, quia praeliorum negationis culpa gravior est imperperantia, aut inobedientia: certe Eva demulcens et alliciens, ancilla vero ostiaria non nisi delerens et comminans ad peccatum movit. Foeminam autem tametsi in alliciendo fortem ac praeoptentem, in terrendo tamen infirmam et imbecillum quotidie experimur. Unde quanto Petrus a debiliore hoste devictus, tanto casus eius ignominiosior comprobatur, ut egregie adiuvatur divus Gregorius (lib. 17)

dicens: *Et quidem ne sexus firmior terribilem monstraret, ancilla est inquirente lenitulus: rursusque ut talis sexus infirmitas etiam deiectione vilesceret, ab ostiaria est ancilla requisitus. Hæc sane fuit tunc antiqui serpentis calliditas, ut cum non posset Petrum, upole arcem omnibus virtutibus munitam aliqua ex parte irrupere, quasi artis bellicæ peritissimus ancillæ ostiariae verba velut quandam scalam adhibuit, per quam ascendens rationis arcem occupare posset. Experimento enim compererat antiquus humani generis hostis, frequenter medio hoc imbecilli feminarum instrumento, fortissimos quosque duces facile a se superatos. Adami innocentiam hæc via labefactaverat; Iosephum carceri mancipaverat; Samsone infirmum effecerat; Davidem adulterum et homicidam reddiderat; Salomonem sapientie ornamentum spoliaverat; Baptistæ caput abstulerat. Mōdo Petram Christi vicarium eodem bellici instrumenti genere graviter sauciavit. Quis quaeso putaret, quod postquam Sisara Chananaeorum fortissimus Dux et manibus Barach, et copiosi exercitus eius insidiis liber et incolumis prodississet, tandem in imbecilles foeminae manus incidens, clavo tempora eius confodienda forent, et ignominiose occumberet? Non dissimiliter quidem, cum Petrus tempore comprehensionis Christi iusto iam bello, ita ut Malehum ipse percuteret, illucens evasisset; et pro Christi defensione viriliter pugnasset, nemo nisi temere iudicare potuisset, Petram Ecclesiae columnam ad unius ancillæ verbum in negationis Christi profundum barathrum fore prolapsuram. At exitus rei Petri infirmitatem, et fortitudinem foeminae, quæ etiam adversus Apostolorum principem praevaluit, comprobavit. Legimus apud Genesis, ad efformandam mulierem Adæ fuisse costam assumptam, ubi ait sacer textus, quod *Deus recepit carnem pro ea*, ita ut in vicem costæ solidi ossis carnem fragiliter substitueret. Quo non obscure Spiritus sanctus innuit, per familiarem cum foemina confabulationem, aut frequens consortium animi fortitudinem extenuari, et infirmos carnis affectus produci, ut expertus est Petrus, qui nec tortoris funibus compressus, nec pagione ad pectus admoto coactus, nec evaginatio militis ense minas passus, aut extrinseco quoque medio vim aliquam inferente extortus; Christum Dominum timore perterritus ad vocem unius ancillulæ abnegavit.*

Hucusque huius negationis causas ex parte Petri discussimus, iam eas, quas ex parte Dei casum eius permittentis Patres commemorant, diligenter edisseramus. Primam tradidit d. Gregorius (hom. 21. in *Evang. circ. med.*), ut qui aliis supremus Pastor praeiciendus erat, disceret lapsis commiseret, et non austero animo erga illos se gerere: sic enim ait: *Considerandum nobis est, cur omnipotens Deus eum, quem cunctas Ecclesiae præferre disposuerat, ancillæ vocem pertimescere, et se ipsum negare permisit: quod nimirum magna actum esse pietatis dispensatione cognoscimus; ut is qui facturus erat Pastor Ecclesie, in sua culpa disceret, qualiter aliis misereri debuisset: et (in*

Epist. ad Episc. Gall.): *Plus, inquit, erga corrigendos agit benevolentia, quam severitas; plus coloratio, quam commotio; plus charitas, quam potestas; cum nemo vestrum sine reprehensione, aut sine peccato vivat. Nam si Dominus statim post primam negationem Petrum iudicasset, non tantum ex eo fructum, sicut fecit, recepisset.*

Secundam adhibet d. Augustinus his verbis: *Audeo dicere, superbis esse utile cadere in aliquod apertum, manifestumque peccatum, unde sibi displiceant, qui iam sibi placendo ceciderant. Solubrius enim Petrus sibi displicuit, quando flevit, quam sibi placuit, quando praesumpsit. Tertiam causam Chrysostomus (in cap. 26. *Matth. hom. 83*) subiungit in hæc verba: *Idcirco igitur permisit, ut caderet, ut in omnibus disceret Christo parere, verioraque dicta istius crederet, quam quæ sua sibi conscientia testaretur: et subdit: Quare verbis cum Petrus non crederet, a rebus ipsis eruditur. Quartam affert d. Leo dicens (ser. 9. de *Pass.*): *Beatus Apostolus Petrus, cuius fides ea devotione fervebat, ut et Domino compati paratus esset, et commori, ancilla Sacerdotis calumniantie perterritus, ex infirmitate periculum negationis incurrit. Ob hoc sicut apparet, læsitate permittitur, ut in Ecclesiae Principe remedium poenitentiae concederetur, et nemo audeat de sua virtute confidere; hæc ille. Memini d. Gregorium (lib. 5. *Moral. cap. 13*) dixisse, profanis militibus prodesse illud, *Audaces fortuna iuvat, timidusque repellit; at Christiano militi et contra Spiritus sanctus ait (Prov. 14): In timore Domini fiducia fortitudinis, quia experientia ipsa non semel docuit, nullum proximiorum ad casum, quam qui de sua virtute confidens, minime se casurum praesumit: hæc enim mendax securitas, veracem, et securam reddit hostis victoriam. Quod ad vivum salis nobis exprimit, quod habetur (Iudic. 18), ubi narratur, quod militibus tribus Dan invitantibus ad expugnandum civitatem Lais, his verbis illam persuadebant: *Surgite, ascendamus ad eos, vidimus terram valde opulentam, possideamus eam, nullus erit labor, intrabimus ad securus. Ecce securitatem reddat tanquam rationem victoriae de illis reportandæ, ut exitus rei satis comprobavit: nam postea subiungit sacer textus: *Venerunt in Lais ad populum quiescentem, et securum, et percurserunt eum in ore gladii, urbenque incendio tradiderunt, nullo penitus ferente praesidium. Ut ergo Dominus admoneret Petrum, ne de sua virtute praesumens securitatem sibi polliceretur, ideo misera prolabi eum permisit, et ad disceret cum Iob (cap. 5) reperere: *Verberat omnia opera mea, sciens, quod non parceret delinquenti. Tandem Euthymius alias assignat causas (in commentario super *Mattiaenum*), nimirum, ut miraculorum, ac prodigiorum insignis factus operator, humilis ac modestus perseveret, sui quoque casus non immemor Deo rem omnem adscribat. Hac enim ratione Paulus variis lenitionibus vexari permittitur est, ne, ut ipse fatetur (1. *Cor. 12*), *magnitudo revelationum eum extolleret. Aliam etiam adducit non contemnendam rationem: nam qui maiorem clementiam in se Domini experiret, tam execranda********

facinus illi condonantis, maiori amore erga eum affici deberet; unde Christus Dominus saepe interrogavit illum, dicens (Ioan. 21): *Diligis me plus hæc? Nam cui plus dimissum fuerat, plus amare debebat, iuxta illud (Luc. 7): Cui minus dimittitur, minus diligit.*

HOMILIA IX.

De lacrymis dicit Petri a respectione Christi Domini causatis in ea verba: Et conversus Dominus respexit Petrum, et recordatus est Petrus verbi Domini, sicut dixerat, quia prius quam gallus caneret, ter me negabis; et egressus foras flevit amare.

In enarranda historia trinae negationis Petri, d. Lucas Evangelista, qui pingendi artem recte noverat, Petri imaginem depicturus, prius illam, ut pictoribus consuevit, nigram, et tenebrosam turpem delineavit, sacrilegam eius referens negationem; postmodum vere variis, hisque splendens coloribus ornavit, ac perpolivit, poenitentiam eius, et lacrymas commemorans: non solum autem rem ipsam, sed et modum, quo contigit, disertis verbis enarrat, dicens: *Conversus Dominus respexit Petrum. Quæ verba an intelligenda sint de conversione corporali oculo Christi, an vero de spirituali, non est una Patrum sententia. Nam d. Leo (serm. 9. de *Pass. sub fin.*) spirituale fuisse hanc conversionem his verbis tradidit: *Dominus autem Iesus, qui intra pontificale concilium solo corpore tenebatur, trepidationem discipuli foris positi divino vidit intuitu, et paventis animum mox, ut respexit, erexit, et in fletus poenitentiae incitavit. Eandem sententiam secutus Augustinus, ait (lib. 3. de *consens. Ec. cap. 3. sub fin. tom. 4*): *Quapropter mihi videtur illa respectu divinitus facta, ut ei veniret in mentem quoties tam eum negasset, et quid ei Dominus praedixisset; atque ita misericorditer Domino respiciente poenitentem, et salubriter fletet; sicut quotidie dicimus, Domine respice in me. Et respicit eum Dominus, qui de aliquo periculo, vel labore divina misericordia liberatus est. Et sicut dictum est: *Respice, et exaudi me. Et converterte Dominus, et libera animam meam, ita dictum arbitror, *Conversus Dominus respexit Petrum, et recordatus est Petrus verbi Domini. Eidem sententiae adstipulantur d. Ambrosius, et Beda (in *Luc.*). Quorum Patrum praecipuum fundamentum sine dubio fuit, quod Marcus refert, Petrum fuisse in aula deorsum inter servos, qui se ad ignem calefaciebant; Christus autem tunc erat in superioriori partae aulae inter sacerdotes, et seniores; et ut in quidam tradunt, velatus fuit. Alii tamen Petrus praefata interpretantur verba de conversione, et respectu spirituali pariter, et corporali; ita ut corporeis oculis Christus Dominus illum respexerit. Hi sunt Chrysostomus*****